

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XLIII. TIT. V. De Tabulis Exhibendis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

OBJ. (5) Quod rei vindicatio detur, ergo multo magis interdictum.

RESP. Consequentia fallit, si jure interdictum proditum non sit, OBJ. (6) *L. 26. pr. de Leg. fals.* ubi hæres repetit.

RESP. Loquitur de legato, non de donatione, & res casu reperitur apud legatarium.

Secus ergo est, si donator non dedit, *d. l. 1. §. 5.* Moribus tamen etiam in priori casu contrarium obtinere, ait *Schilt. ad π. Ex. 47. §. 30. Hahn. ad Wesenb. h. n. 6. Faber. dec. 44. error. 6. per tot.* De quo tamen merito dubitanus.

Qv. III. *An persona honorata cavere debeat de restituenda re, detracta Falcidia?*

AFFIRMATUR, *l. 1. §. 16. f. q. l. 2. §. 1. h.*

OBJ. *L. 13. Quod met. caus. L. 7. C. Unde vi. L. 5. C. de Legat.* 594. verb. ubi qui occupavit, perdit dominium. *Laut. pag. 594. verb. caveat tamen &c.*

RESP. Hic casus est, ubi hæres nondum possedit, sed vacua fuit possessio.

LIB. XLIII. TIT. V.

DE TABULIS EXHIBENDIS.

Qv. I. *An interdictum de tabulis exhibendis sit ex delicto?*

NEG. Sed (1) causa est æquitas exhibendi tabulas ei, cujus interest, *Laut. pag. 595. verb. delictum &c.* cum sine damno suo exhibere possit: quod si non exhibet iustus, incipit esse pœna, quæ ex contumacia est, *l. 3. §. 13. h.* at interdictum ex æquo: Origo autem est inspicienda, *L. 4. Si mens. fals. mod. dix.* Hinc (2) datur contra quemcunque possessorem, *l. 3. §. 2. seq. h.* ac (3) est perpetuum, *l. 3. §. p. h.* quod falsum esset, si esset ex delicto, *L. 35. de O. & A.* utpote cum prætorix ex delicto nunquam dentur in hæredes, *l. 9. §. 1. Quod fals. tut. l. 9. §. f. de Reb. aut. Jud. possid.*

OBJ. Quod detur actio in factum ex hoc interdicto, si vero esset rei persecutoria, peteretur exhibitio extraordinaria persecutione, ut in *l. 1. §. 1. h. & l. 2. §. f. Test. quem. ap.*

RESP. Ino omnia interdicta sunt ex persecutione extraordinaria.

Qv. II. *An actio in factum, quae ad exhibendum competit, sit perpetua?*

Laut. pag. 595. verb. est perpetua. **A**FFIRM. *l. 3. §. p. h.* quia non est ex delicto. *Vid. qu. praeced.*
OBJ. *L. 35. de O. & A.* ubi actiones poenales anno finiuntur; at qui haec actio in factum est poenalis.
RESP. Contrarium vidimus *qu. praeced.*

LIB. XLIII. TIT. XVI.

DE VI ET VI ARMATA.

Qv. I. *Quaenam sit ratio huius interdicti?*

RESP. Ratio interdicti haec est, quod possessio omnis, etiam iniustificata, defendatur contra turbantes: idque donec de jure constet, ne interim vel vacua sit possessio, vel ad manus veniatur. Naturali quoque rationi id convenit; quia res interim, dum de jure constet, in suo statu permanere debet: nec quaeritur in his, quis jus habeat, sed quis teneat, hoc solum decidendum est.

Qv. II. *An interdictum hoc saltem detur possessori dejecto?*

Laut. pag. 596. verb. datur dejectis &c. **A**FFIRMATUR: *L. 26. l. 3. §. 14. h.* nam datur ad recuperandam possessionem.
OBST. (1) *l. 3. §. 8. h.* ubi is quoque, qui non ausus est ingredi possessionem, dejectus dicitur, ergo & si non possedit.

RESP. Dominus ibi in suam possessionem venire noluit, quam tenebat; habuit ergo possessionem & animo retinuit inde egressus, *l. 1. §. 24. h.* & sic ut possessor ingredi voluit.

OBST. (2) *L. 12. L. 18. pr. h.* ubi colonus pro dejecto habetur: colonus autem non possidet.

RESP. Ibi colonus vi dejecto domino possessionem occupavit, eoque factus est praedo ac possessor.

OBST. *L. 7. C. Com. div.* ubi coloni possessio naturalis dicitur, nec tamen colonus hoc edicto agit.

RESP. Improprie possidere dicitur. *Vid. supr. tit. Locat. qu. 31.*

OBST. (4) Datur etiam haeredibus, qui tamen non possedere.

RESP. Ipsi non proprio nomine hoc interdictum datur, sed illud, quod defuncto dejecto competit.

Habetur autem pro possessore etiam is, qui absens fuit, & reversus suam possessionem occupatam invenit, *L. f. C. Unde vi.*

Qv.